Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae Therinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXCV. Gualthero Drechselio Iurisc. & Canc. Palat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Visual Library

Quòd ſi maior honos vatum foret: illicò maior
Bellica tunc virtus, arſque togata foret.
Sic quoniam Muſas, & vates ſemper honoras,
MEHLI, iam virtus hinc tua magna pa[…]
Nec facis hoc fruſtra: Muſæ, vateſque patr[…]
Munera retribuunt non peritura ſuis.

LXXXIII.

Baldaſari Zugero
Franco.

Quattuor hæ peſtes, pacis ſunt, BALDASA[R] (hoſtes:
Liuor, auarities, faſtus, & ira ferox.

LXXXIV.

Ad VVolfgangum Pelccho-
uerum à Hohenbuchpach EQ.
& Magiſt. Cur. Palat.

Sint licet immites, mites facit illicò ceruos
Muſica: quando teres fiſtula dulcè canit.
Immemor ille ſui, iaculis ſe ſpontè, plagiſque
Implicat: & domini præda fit inde ſui.
Pellicit humanas ſic aſſentatio mentes:
Et ſecum imprudens in ſcelus omne trahit.
Nam ſi quid veri eſt, id adulterat omne: ſimulq[ue]
Eruit hæc oculos bellua mentis atrox.

XXCV.

Gul[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gualthero Drechſelio

Iuriſc. & Canc. Palat.

Aut fert laborem, aut eſt laboris præmium,
Cuncti, quod optant, OTIVM.
Hoc dulce, triſte eſt illud. felix hic dies,
Anni pater qui ſit ſui.

XXCVI.

E Græco Luciani.

Si mala, quæ patras, homines, non improbe diuos
Cælabis: nec tunc quum meditaris adhuc.

XXCVII.

Ad Carolum Vtenhouium.

Multi regna colunt, non reges CAROLE: re-
(gem
Si quis fortè colit, ſic cupit eſſe potens.
Nam colit is regem, quò calcet, & opprimat
(omnes:
Omnibus vt noceat, commodet ipſe ſibi.
Sed plures nitidæ fulgor quoque conuocat aulæ:
Aut honor, aut auri dira cupido premit.
Stipatus tot eat populis licet ipſe Monarcha:
Crede, tot in populis vix erit vna fides.

XXCIIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN